

27. Novembre 1550.

Cum ad nostri notitiam ex clamore
 valido plurimum subditorum nostrorum
 perveniret quod Henricus de Sura Clericus
 nuper refformator ex parte inclite recordationis
 Charissimi Domini progenitoris nostri
 in Bailliis Trece et Meldeni una
 cum Reginaldo De Giriaco milite deputatus
 a pluribus et diversis personis subditis
 et justitiabilibus nostris sub umbra et
 per potentiam sue refformationis officii

du vol. 2. cote 1. fol. 331. R.^o

indebite et iniuste ac per vim violentiam
et extorsionem plures et diuersas
pecuniarum aure et argenti summas
habuerat et leuauerat nos dictas querimonia
Dilectis et fidelibus Cancellario Episcopo
Laudunensi Duci et Athenarum, et quampluribus
aliis Consiliariis nostris commisimus
audiendam et sine debito terminandam
Comparentibus igitur pro modum coram
dicto Cancellario et gentibus nostris
prefato e Magistro Henrico ex una parte,
et Jacquo dicto Le Raue Michade
Deribeseo Guillelmo Juneti, Guillelmo De
Coingy Joanne Coingy Joanne Blanche
Joanne De Coingy Draperia, Jacquet
Baronia et pluribus aliis conuenientibus
ex altera pro parte dictorum conuenientium
contra dictum Magistram Henricum extiterit
proponitum quod ipse sine lege iudicio et
causa cognitione forma que seu tenore
sue Commissionis minime obseruauit

sed omnino pretermittitur a quolibet
 dictorum conquerentium videlicet a Joanne
 Demardio sex a Philippo Cantore? e.
 quatuordecim a Joanne prauui clerico
 Boucheno duos a folino de Duce tres
 a Laurentio Sadou decem, a Guillelmo De
 Manchau sexdecim a stephano Gilberti
 duos et a Joanne Lehmanni predictis tres
 florenos ad scutum a Jacchino Le Rané
 centum, a Michaeli de Lebeseo centum
 a Guillelmo suseti sexaginta a Joanne
 De Poingy sexaginta a Joanne Blance
 sexaginta a Joanne Bertandi Lathomo
 sexaginta, a Oudino Boucherii sexaginta
 a Simone De Villenueil centum, a Gaufrido
 Marie e Apotecario centum solidos turonenses
 a Guillelmo De Poingy sex, a Joanne
 De Poingy Drupario sex, a Jacquto
 Charonia sex libras, et a Nicano Gilberti
 viginti libras turonenses contra eorum
 voluntatem ac per impressionem sui officii.

a quibusdam metis et ab aliis detentione carcerum,
ipsisque a sibi perdictum Magistrum
Henricum inpositis presentibus innocentibus
nec de eis convictis seu judicialiter condemnatis
habuerat et receperat, seu alius pro et
nomine ipsius ipso hoc gratum et ratum
habente ac eis mandante ut dicebant
ipsi conquerentes, quarepetebant prefati
conquerentes et cum instantia requirebant
prænominatam et Magistrum Henricum
condemari et condemnatum pro
captionem suæ temporalitatis compelli
ad sibi reddendum et restituendum auri
et argenti summas prædictas
una cum annis interese et expensis suis
occasione præmissorum factis expensis
quam plures ad huiusmodi finem
proponendo rationes dicto M^{ro} Henrico
ex adverso proponente et inter cetera
dicente quod omnia et ea quæ facta fuerant
in præmissis virtute dictæ suæ

Commissionum iuste, rite, debite et licite
 fecerat, predictasque summas a
 ipsa facie conquerentibus cessantibus
 omnibus violentiis metu, seu alio modo
 indebitis aut illicitis quibuscumque et
 quod pluries plures et diversas
 pecuniarum auri et argenti billoniarum summas
 in regno nostro contra prohibitionem et
 ordinationes Regias super eorum monetarum
 factas et editas receperam et allocaveram
 et proseram penas super his constitutas
 multipliciter incurriendo receperat et habuerat,
 easque demandato progenitori nostro certis
 personis tradiderat, et in commodum
 progenitori nostro conversas fuerant,
 ut dicebat, de quibus promptam fidem
 facere parata erat, propter quod
 non debebat super hoc proiri in processu,
 sed de dictis summis debebam recursum
 seu ad gentes nostras, suppono quod eisd.
 summas ad dictas conquerentibus indebitis

habuisses vel exegisset, quod tamen non fecerat,
ut dicebat quibus rationibus et pluribus
aliis per ipsum ad manum defensionem
allegatis et propositis precebat et requirebat
se ab impetitionibus dictorum conquerentium
et quorum liberos eorumdem absolui,
ipsasque in suis iniuriis et expensis
condemnavit, ad huiusmodi fines has et
plures alias rationes proponendo; tandem
partibus predictis in omnibus his que
occasione premissorum una pars
contra aliam dicere proponere et
allegare sine et inde voluerunt ad
plenum auditum, et deinde de precepto
nostro ad audiendum jus super premissis
in Parlamento nostro presenti remissis
ibidem quedictarum partium rationibus
et omnibus aliis et singulis que
curiam nostram circa hec mouere
proterant et debebant ac plarium
testium super premissis examinatorum

Depositionibus, consideratis ac diligenter attentis
 ipsa curia nostra prefatum & Magistrum
 Henricum ad reddendam et solvendam
 praenominatis consequentibus et eorum
 cuilibet praedictarum pecuniarum curi et
 argenti summas percipiendum detentionem
 et expletationem omnium bonorum sua tempo-
 =ralitatis et in expensis eorundem per
 ipsam Curiam arreptam condemnavit et
 taxatione preter ipsam curiam dictorum
 expensarum reservata de emenda occasione
 praemissorum et quorundam aliorum
 Delictorum contra eundem Magnum
 Henricum propositorum si qua nobis
 debeatur si et quam nobis et dicta Curia
 nobis visum fuerit expedire reservamus
 ordinare. Die xlii. Novembrii, .